



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Appendix ad primam partem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

unus scripsit; Valerianum Rheinfelz causam religionis male egisse, alter verò, illum sibi nimium arrogare, suisque indulgere affectibus; ut Princeps fidem facit pag. 71.

Sed quò tandem tua demonstratio Christiane? in sumum abiit: quia solida non fuit, ut promiseras, sed inanis: solidam pro inani rependo paucis verbis.

Ille Ecclesia vera non est quæ est nova, quæ nullam habet vivam fidei regulam, nullam controversiarum in materia fidei iudicem, nullum caput, nullam certam fidem, nulla stabilia & sibi constantia dogmata, nullam Hierarchiam, nullum jurisdictionis spiritualis titulum, nullum perfectionis Evangelicæ statum, nullum missionis principium.

Hæc major propositio certa est, eaque de fide: sed Ecclesia Lutheranorum est huiusmodi, ut perse pater, quid enim horum negari potest; non primum, quia Lutherus, qui novus est, vestram Ecclesiam fundavit; quam enim amabò fidem ante Lutherum majores vestri proficiebantur? nostram profectò, scilicet Catholicam: non secundum, assigna enim regulam illam vivam et omnimodè obnoxiam: an Ministros & Doctores vestros? sed inter se illi non consentiunt, quis potro iis hanc potestatem fecit? non tertium & quartum, quod eodem modo probatur: non quintum & sextum, quia toties mutatis, & quot capita inter vos, tot sensus, etiam in iis, quæ ad fidem pertinent; non septimum, quis enim supremus Hierarcha vobis est? an Princeps Meckelburgicus? sed hic hæresim vestram ejuravit, & modò noster est; si verò fœmina Rostochii Domina esset, illam pro Hierarchiæ vestræ principem haberetis, & Papisz nostræ fabulam in veram historiam verteretis: non octavum, quem enim jurisdictionis titulum, legitimum scilicet & bene fundatum appellare poteritis? non verò nonum, quia nullus inter vos religionis status, nullus Pauperis voluntariæ & castitatis perpetuæ usus. Non denique decimum, unde enim missionem vestram haberis? & quis inter vos auctoritate mittendi pollet? consistorium nostrum, inquit, sed quis hanc consistorio vestro potestatem fecit: minor igitur certa est, ex utraque deduco conclusionem.

Ergo Ecclesia Lutheranorum non est vera Ecclesia.

APPENDIX

ad Primam Partem.

APPENDICIS loco subnecto duas Epistolas Celestissimi Principis Ernesti, Primam quidem prolixioram ad Valerianum scriptam. & jam aliàs typis mandata; alteram verò ad Fratrem Fortunatum longe brevioram, & nondum, saltem quod sciam, in lucem editam. Virque ad rem hanc pertinet & calumniarum testis afflictorum luculenta refutatio est; parum absuit, quin primam Latiniorem redderem, sed re melius ponderata illius simplicitati nihil detrahendum esse duxi, utramque igitur, nulla prorsus mutatione facta, hic subnecto.

AUDIATUR ET ALTERA PARS

S E V

COPIA LITERARUM

Serenissimi Principis, ac Domini,

D. ERNESTI

HASSIÆ LANDGRAVI

& cætera.

AD R. P.

VALERIANVM MAGNI

Ord. S. Francisci Capuccinum.

DE SIC DICTA EIVS APOLOGIA
contra imaginatam sibi

Imposturas Jesuitarum.

Pacem & veritatem diligite, ait Dominus Omnipotens, Zachar. 8.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Phil. 4.

AD MODVM REVERENDI
in Christo Pater,



UM absque hoc, scribendo & concitando adeo defessus sum, ut eo generetiam cum publicis Religionis nostræ diversariis (ob id nimirum, quod eriguis in de fructus sperandis, & hinc præsertim magis, quam unquam, carnalibus & inquietate repletis temporibus, paucissimi inveniuntur, quibus unica sua salus, & agnitio veritatis, videlicet hinc & inde super te deam, sic spero, ad minimum me liberum teneri illa suspitione, quod in hac reliqui materia, ad scribendum, & quidem contra Religiosos Catholicos, nullus me certe pruritus impulerit, non ignorans, quod alioquin plerumque, via videret Catholicos, voluntaria scripta, illam à Christo Domino tam stricte inunctam charitatem, super nos minus lædere, quam etiam inimicis Ecclesiæ in sua perversitate exultandi & eo magis se indutandi, crassam dare soleant, præcipue quod cum Psalmista Regio Psalm. 52. dicere possim: Si inimicus meus delinxisset mihi, sustinuissem utique, & si is, qui odit me, magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan alio: Tu vero homo unanimes (Catholicus, Religiosus & amplexus, Dux meus & notus novus, qui semel mecum dila capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum consensu, Attamen quia R. T. tam in Commentario, quam in Apologia & literis suis, contra Patri. Societ. Jesuitarum, mei variè mentionem facit, & adeo quidem, ut inde, si ita esset, nihil aliud colligi posset, quam quod te. i. reprehensibili ingratitude tractassem. 2. quod me à Patribus Societatis Jesu, per nulum, ut docet, circumduci & decipi sinerem, iidemque me, nonquam suo mancipio, in omnibus pro suo libere mererentur, quod tamen ipsis, si præsumerent, non minus quam mihi, indecorum esset. 3. quasi tibi in me, immediate ante has ad te datis literis, quippiam indecenter scripsissem. 4. quod ad nuncum quasi Patrum